

Apelle & Zeuxide melius nostri Theologi elaboraverunt, vivisq;
Scripturæ S. coloribus effigiaverunt. §. 66. Dixi §. 2. dicturum de iis
quog; Spiritibus, qui homines in bono impediunt & molestant, de
Satanâ nempe & Diabolis. Sed charta deficit, & scopus atq; mate-
ria præsentis declamationis non requirit. Itaq; stipulamini, Au-
ditores, & verba concipitote, ego aram tango, & post hunc annum,
si vivam, promitto, nisi interea, quod malim, quod malitis, moria-
tur Diabolus § 67. Interim hoc nos in vicem solatio erigamus. An-
geli sunt, in quibus vis periculis nos fortissimi præsides custodient.
Unus angelus potentior est, quam totus mundus. Angelisunt, ma-
xima ergo majestas erit Domini, qui creavit, ergo eum venere-
mur & magnificiamus. Angelos nobis constituit Deus, summè
ergo erit in nos benignus atq; Φιλάνθρωπος: Hoc celebremus.
Angelisunt, locutiones & actiones nostras observant, ergo decorè
& sanctè nos in omni loco geramus, in templo, in scholâ, in curiâ, in
domo, in cubiculo, in abscondito. Angeli Deum laudant, & nos lau-
demus: ipsi ministrant, & nos serviamus: angeli nobis serviunt, &
nos in proximum officia conferamus. Angeli gaudent de peccato-
repententiam agente, ergo doleamus, conteramur, & seriam at-
que perpetuam pœnitentiam agamus. Lacrimæ nostræ sunt ipso-
rum vinum, gaudia mundana & lasciva sunt ipsorum lacrimæ ac
suspiria. Angelis semper vident faciem cœlestis Patris, & nose à a-
spiremus, ut quantocius ipsorum Ecclesiæ associemur, ac divinâ
præsentia æternum fruamur. Amen.

Ita valete, & auditum, quæso, venite,

Dicturos,

JOHANNEM Buchwald Ortrantô Misnicum, de Angelorum defi-
nitione & essentiâ,

Jo-